

**LIBELLVS**  
**DE CONSTRUCTIONE**

Octo orationis Partium ad codi-  
cem Germanicum plurib<sup>9</sup> lo-  
cis restitutus.

*Veneit apud Proloquo.*

Cui addita.

**ISAGOGE RHETORICES**

quæ habet cum Grammatica quod-  
dam commune vincu-  
lum.

Ene & lege amice lector, Cæta hic est  
latinitas, atticus nitor, ornatus faci-  
lis, apta exempla.

G V



IOANNES COLETVS DECA-  
nus Sancti Pauli, Guilielmo Lillo ad di-  
uum Paulum Iudi modera-  
tori primario S, D



Aud aliter mihi videor affectus in nouam  
hanc scholam nostram Lili charissime, quā  
in vnicum filium pater in quā non solū gau-  
det vniuersam suam substantiam transfun-  
dere, verum etiam sua viscera si liceat, cupit  
impartiri. Nam vt huic est parum genuisse  
nisi eūdem diligēti educatiōe ad bonam frugem prouexerit, ita meo animo non satis est, quod Iudum hunc institui  
hoc est genui, quodq; in sumpto patrimonio vniuerso, vi-  
uus etiā ac superstes solam hæreditatē cessi, nisi modis om-  
nibus dem operam, vt pijs moribus, & bonis litteris diligē-  
ter educatus, ad maturā frugem adolescat. Proinde libellū  
hunc de cōstructione octo partium orationis ad te mitto  
pusillum quidem, sed non pusillum vtilitatis allaturum no-  
stre tibi, si diligēter abs te fuerit traditus. Sis in præceptis  
breuitatem placere Elacco, cuius sententiam & ipse vehe-  
menter approbo. Porro si qua præterea erunt digna cogi-  
tatione, tuarum partium erit, vt incident, in prælegendis auto-  
ribus adnotare. Bene vale, Domini nostræ. M. D. XIII.

*ali. fac.*

ERASMVS ROTERODA *Incipit damnatus*  
mus candidis lectori  
bus S.D.



*P*lare comperio verū esse quod olim Græcorum proverbio dictū ē *εὐβία ἀκαίρος οὐδέ μ' ἔχθρασ' ἀναφέρει*. Video passim exoriri, mei nominis & quā ipse velis studiosiores, qui libros mihi asserūt, quos autem non scripsi, aut certe nō in hoc scripsi, vt aderētur. Ve

tus hic mos studiosorū hominum, vt oēs animi affectus charis, ceu fidis (vt ait Flaccus) sodalibus, committant. Neque protinus euulgari velimus, quicquid cum amiculo congerone vltomachamur, vltugamur. Ediderūt epigrammata, a me quidem conscripta non inficior, sed non in hoc scripta. Ea sicuti conijcio, famulus suffuratus typographis vendidit. Alius quispiam ex pauculis paginis ips deprauatissime scriptis, velut ex opere adito, dictū nimirū, quam multa citer & inculcet, de ratione conscribendarum epistolarū. Et vt de cæteris minoribus sileam, nuper hunc *περὶ συντάξεως* libellum mihi, veluti post liminio, vendicarūt. primitus nullius editum titulo. Quarebat Ioannes Coletus, Theologus inter Anglos eximius, nouæ scholæ suæ nouū de cōstructione libellum, qui simul & compendio pueris commendaretur, & perspicuitate. Eum huius iussu scripserat Guilielmus Lilius, vir vtriusq; litteraturæ haud vulgariter peritus, & mirus recte instituende pubis artifex. Absolutū ab illo mihi tradidit, immo obtrusit emendandum. Quid enim facerem quum vir ille rogādi finem non faceret, tam amicus, vt nefas esse ducerem, quicquam negare precanti, tantę vero autoritatis, & sic de me meritę, vt suo iure quiduis etiam imperare posset. ERASMO: Quoniam autem sic emendam, vt plerāq; mutarim, Nam id mihi videbam esse facilius, Nec Lilius, vt est nimia quadam modestia præditus, passus est librum suo vulgari nomine, nec ego iudicauim mei candoris esse, vsurpare mihi, in quo

quicquam esse alienum. Proinde magni opere sum intermi-  
natus, cuiusuis titulum ascriberent, modo ne meum itaq; re-  
cusante utroq; libellus & uoluntate prodijt Coletij dūtaxat præ-  
fatiuncula commendatus. Quem quidem libellum in præ-  
sentia, nec laudaturus sum, ne cui videar arrogātor, nec vi-  
tuperaturus, ne parum candidus habear. Verum hæc præ-  
fari visum est, ne post hac quisquam, ut meū amplectatur,  
quod ipse præfatiuncula mihi non assero. Plus

latis erratorum, & in ijs, quæ publicantur

a nobis, ut nemo alius ædat, quæ vel

non scripsimus, vel nō emēda-

uimus. Bene vale lector

amice Basileæ tercio

Calendas Augu-

sti. M. D. XV.

# DE CONSTRUCTIONE VERBI

## Nominatiuus ante verbum

**O**Mne verbū añcedit ntūs agētis seu patiētis eiusdē numeri & personæ, vt Ego doceo, Tu gaudes, Illi ridēt, Nos fallimur.

Appendix. i.

Prīma & secunda persona ferme non explicantur nisi discretionis aut emphasis causa, vt nos accusauimus, vos damnastis, tu audes ista loqui.

Appendix. ii.

Aliquoties orationis pars nominatiui vice ponit, vt Dolet mihi q̄ res non cesserint tibi ex sententia. Item verbū in finitū, vt mentiri non est meum.

Appendix. iij.

Cum plures nominatiui ad idē v̄bū referūtur, ad hūc feremodū efferūtur, vt Pater & p̄ceptor accersunt te Ego & tu sumus in tuto. Tu & pater estis in periculo, Ego ceteriq̄ cognati periclitamur.

Appendix. iiii.

Quæ per se multitudinem significant, aliquando in numero discrepant, vt Pars abiere.

Exceptio prima.

Excipies impersonalia, quæ nullum ante se casum habent, Tœdet, piget, pœnitet, Viuitur, statur,

Item tanquam impersonalia, vt Lucescit, diescit, noctescit, vesperascit, diluxit, pluit, ningit, grandinat,

Quæ exponuntur per verbum fit, & est, Itē hæc, fieri potest vt fallar, fieri solet, fere fit, male fit, bene fit, Nam in bene habet subauditur res.

Exceptio secunda.

Verba infiniti modi p̄ ntō accm̄ hñt, vt gaudeo patrē recte valere, i. gaudeo q̄ pater recte valeat.

Vtrinq̄ ntūs.

Quædam vtrinq̄ nominandi casum asciscunt, vt deus est summum bonum, Hic nummus videtur alterius

Aristoteles habetur doctissimus, Perpussilli vocantur nani Studes pronus, Dormis supinus, Incedit rectus,

Infinitum varians.

Infinitum quoq̄ vtrinq̄ nominatiuum habet, accedētib⁹ verbis optandi, vt Petrus studet videri diues.

Malim esse diues, quam haberi.

At quoties accusatiu⁹ antecessit, & sequatur necesse est, vt Malim me diuitem esse quam haberi.

Discretio

Emphasis

Syllepsis

Actiuæ vocis

Passiuæ vocis

Tanq̄ impersonalia

Est.

Videtur.

Habetur

Vocatur

Et nominageltus.

# DE CONSTRUCTIONE VERBI

Quaedam varijs modis efferuntur. vt  
 Non licet Athenis esse probos, & Non licet esse probis.  
 Et tutumq; putauit iam bonus esse socer.  
 Non vacat esse ægrotum, Non vacat esse ægroto.  
 Nō vacat esse ægrotos. Quāq; postremū hic rarius est.  
 Genitiuus post verbum.

Lucanus

Ordo. i.

Sum genitiuū postulat, quoties significat possessionem vt  
 Hæc vestis est patris.  
 Aut ad aliquid pertinere, vt Regum est tueri leges  
 Prudentius est multa dissimulare. Non est nostræ factionis  
 Non est mearum virium. Non est huius loci atq; temporis  
 Appendix.

Item hæc duo impersonalia interest & refert.  
 Non tam interest regis, q̄ totius rei publicæ.  
 Refert omnium animaduerti in malos

Exceptio.

Hostamen ablatiuos postulat mea, tua, sua, nostra, vestra,  
 Minus interest mea, quam tua. Nostra nihil refert.  
 Quibus interdum adiunguntur & hi genitiui  
 Non tua vnus refert, sed nostra omnium, Tua ipsius refert  
 Tua solius interest, Mea refert de vita periclitantis  
 Tua nihil interest in portu nauigantis.

Vnius

Ipsius

Solius

& genitiui  
participiorū

Appendix

Adduntur & hi genitiui, tāti, quanti, quanticūq; tantidem  
 Nam cætera huiusmodi addūtur per aduerbiū. Magni tua  
 refert, Minus mea refert q̄ tua. Maximopere refert. Nihil in  
 terest. Plurimum refert. Estimandi.

Ordo. ij.

Verba æstimandi genitiuis gaudent, vt parui ducitur p̄bi  
 ras. Plurimi fit pecunia, Tanti eris alijs, quanti tibi fueris  
 Maximi penditur nobilitas. Nihili vel pro nihilo penditur  
 Nihili vel pro nihil habentur literæ,  
 Naufi, focci, p̄ili, huius non facio. Assis non facio  
 Teruncij non facio. Singulare est illud.  
 Aeqni, Boni consulo, id est, in bonam accipio partem  
 Vendendi.

Ordo. iij.

Vendo, reuendo, addico, distraho, diuendo, venundo, ve

# CVM GENITIVO

neō, proſto, æſtimo, indico, inſcribo, liceor, licitor, licere, lo  
co, cōduco, emo, co emo, redimo, mereor, cōmereor, cōſtat  
valet. Hæc verba hos duntaxat genitiuos exigunt.

Tanti, quanti, tantidem, quãtiuis, quantilibet, quanticũq̃,  
pluris, & minoris, ſi non addantur ſubſtantiuã. Nam cætera  
precij vocabula, vel in ablatiuo, vel per aduerb iũ apponũ  
tur, vt Minoris reuendes q̃ emeris

Pluris conducis, quam emi poterat.

Quanticũq̃ locabis præſtiterat vendidiſſe

Hodie boues pluris licebant quam homines

Miror tantas ædes tam paruo inſcriptas, Paulo, magno, ni  
mio, minimo, plurimo, vili, duplo, dimidio reuendes.

Aſſe emi, Tantidem tibi ſum traditurus

Teruncio, ſeu vicioſa nuce non emerim, Nihilo conſtat

Percare locauit equũ, Carius emitur oleũ quam vinũ Carif  
ſime conſtat, quod precibus emptũ eſt Gratis locat ædes, at  
magno paſcit.

## Appendix

Quin & quibuſlibet verbis, precij nomen aut aduerbium  
apponitur ad hanc formam Magno pransi ſumus, pluris cœ  
naturi. Non minoris docet q̃ talento.

Hic magno etiã tacet. Nimio, minimo, paulo viuitur Lõdi  
ni, Care bibit, ſed carius cacat Baſſus, Nec ſalutat gratis

## Accuſandi.

Verba accuſandi, damnandi, abſoluendi, & conſimilia ge Ordo. iij.

nitiuũ, aſciſcũt qui crimen ſignificet, vt accerſitus eſt capitis

Detulit fratrem leſæ maieltatis, Poſtulatũ eſt repetũdæ

ſiue de repetũdis, Accuſauit male geſtæ rei, Male obitræ le

gationis, Egit cum nouerca iniuriarum,

Condemnatus eſt peculatus, Reum egit patricidij

Damnauit inceſtus, Hic furti ſe alligat, Criminatus eſt adul

teriũ, cum plagij teneretur Arguit te mendacij, Reuicit per

iurij, Inculat negligẽtię, Appellatus eſt veneficij, Inſimulas

herum auaritiã, Suggillas parſimonia.

Notas libidinis, ſeu de libidine, Infamas inſcitia,

Traducis luxuriã, Suſpectum habes perfidia, ſiue de perfi

dia, Taxas ambitionis, Calumniãriſ maleficij,

## DE CONSTRUCTIONE VERBI

Admonuit me errati. Commonuit me promissi.  
Commonefecit te debiti      Singulare est  
Expostulauit mecum de non missis ad se literis

### Appendix

Si non fuerit proprium criminis nomen, apponitur ablati  
uus addita fere prepositione. Vt rui ambitus accusas. an sa  
crilegij, an utroq; siue de utroq; de plurib<sup>9</sup> simul accusaris

Miseret, &c.

Ordo, v.

Miseret miserescit me tui, piget te laboris. Multos vitæ tæ  
det. Non te pudet vanitatis. Nostri nosmet poenitet.

Hæc genitiuum habent cum accusatiuo, nisi dicamus, Pu  
ditu est cõsiliij, Misertu est virginis, Pertesum est coniugij.

### Appendix.

Sed impersonalibus loco genitiui potest addi verbum infi  
nitũ. Tædet me vitæ, Tædet me viuere. Piget militiæ Pi  
get militare.

### Variantia quædam.

Ordo, vi.

Hæc variam habent constructionem. Misereor tui vel tibi  
Meminit tui, vel de te, id est mentionem fecit

Memini pro recordor, plarumq; accusatiuo iungitur

Obliuiscor, recordor, reminiscor, recolo, tui vel te.

Venit in mentem eius diei, id est recordor, vel venit in mē  
tem ille dies.

Potitus est rerum, id est vicit, & Potitus est amica, id est, af  
secutus est, Eget tui vel te. Indiget auxiliij vel auxilio. Imple  
tur vini vel vino.

### Significantia aliquid fieri in loco.

Omne verbum admittit genitiuum propriij nominis signi  
ficantem locum in quo fit actio.

Vixit Rhomæ. Studuit Oxoniæ. Natus est Londini

Pro proprijs vsurpantur hæc appellatiua. Humi, Domi,  
Militiæ, belli, Jacet humi, Domi, belliq; simul viximus.

Domi meæ, nostræ, tuæ, suæ, vestræ, alienæ.

Nec alia admittit adiectiua. Nā domi paternæ nō recte di  
citur, sed in domo paterna. Ruri in datiuo, siue rure in abla  
tiuo, verbis eisdem adiungitur, ruri educatus est.

Ordo, vii.



Exceptio.

Si tamen fuerint pluralis duntaxat numeri, aut tertie declinationis in ablatiuo ponuntur. Nupsit athenis.

Militauit Carthagine. In frequēs est his addere prepositio-  
nem. Cū essem in Mediolano, q̄ semper additur nominib⁹  
locorū maiorū & appellatiuis. Cum essem in Italia. Cū age-  
rem in suburbano.

Datiuus post verbum

Ordo. i.

Quoduis verbū acquisitiue positū exigat datiuū, vt Nō oi-  
bus dormio. Huic habeo nō tibi Mihi isthic nec feritur nec  
metitur. Mihi peccat si quid peccat Omnibus sapit, sibi vni  
non sapit.

Acquisitiua,

Ordo. ij.

Precipue tñ huius ordinis sunt, quæ cōmodū aut incōmo-  
dū significāt, do mutuo seu mutuū. Do cōmodato, mutuo  
fenero, largior, confero tibi, & confero in te. Præstare pro  
dare, & p̄ exhibere, vt præstare fidē. Præstare pacta Dono  
tibi hoc munus, & dono te hoc munere. impartiam tibi for-  
tunas meas, & impartiam te fortunis meis. Asperit tibi labē  
& asperit te labe. instrauit equo penulā, & instrauit equū  
penula. Debet tibi vitā. Suā eruditionē tibi acceptā fert Sa-  
tisfacio, soluo, resoluo, rescribo, renumero, munero, pro sol-  
uo, remetior, p̄do, rep̄do, refero, repono, p̄ reddo, respō-  
deo pro satisfacio. Nunq̄ tuis meritis est responsurus. Cō-  
modo pro p̄sum, incōmodo p̄ noceo, nō potest mihi nec  
cōmodare nec incōmodare. Opitutor, p̄sum, auxiliator, sup-  
pedito p̄ subministro, suggero, succurro, subuenio, admi-  
niculor, patrocinator, suffragor, adsum, faueo, bene volo, be-  
ne cupio, medeor tibi, & medebor tuo dolori. Medicor te  
vel tibi. Cōducit, cōfert tibi, i. vtile ē. Cōducit huic rei, siue  
conducit ad hanc rem Cōsulo tibi. Do consiliū. Consule  
rebus tuis, i. prospice, consulis me, i. consiliū a me petis Si  
bi cauit. Metuo, timeo, formido tibi, i. sum sollicitus pro te  
Metuo te, i. timeo te ne mihi noceas. Coniūgitur vterq̄ ca-  
sus. Omnia timeo, quæ solent pusillis accidere.

Imperandi & nunciandi.

Ad hæc quæ imperandi & nunciandi significationē habēt,  
Iubeo te abite, iubeo tibi vt abeas. Impero, præcipio.

Ordo. iij.

## DE CONSTRUCTIONE VERBI

Præeo, vt iudicibus præire conatur, præscribere leges viciis  
 Dicta mihi iusiurandū Edico tibi miles, impero, mando, cō-  
 mitto, Delegauit mihi suā vicē, indixit mihi bellū Designa  
 cōstitue, præstitue, cōdscito, præfige mihi diē ac locū. Fere  
 ro tibi & te, id est rego, Moderatur aīo, irā, & moderatur  
 principem. Nunciandi.

Dico tibi, scribo tibi, & ad te. Loquor, recēscō, narro, expo-  
 no, explano explico, aperio, indico, demōstro, commōstro  
 Refero, i. narro. Retulit ad senatū. i. proposuit in senatu

### Obsequij & repugnantia.

Ordo, iij.

Quæ ad obsequiū siue repugnātia p̄tinēt Morigeror, mo-  
 rem gero, obsequor, obsecundo, obseruio seruire temporī  
 inseruit suis cōmodis, subseruio, supparalitor, ancillor, assē-  
 tor adulator palpor, obedio, milito, pareo, ausculto tibi. i. obe-  
 dio. Ausculto te. i. audio. Audiēs dicto, obtēpero, cedo, cō-  
 cedo, cōsentio tibi siue tecū, assentio siue assentior tibi Dis-  
 sentior tibi siue abs te Subscribo tuo iudicio Suffragor, asti-  
 pulor, accedo tibi siue tue sentētię. i. approbo. Hoc accessit  
 meis malis, siue ad mea mala. i. additū ē, accedit huc, accedit  
 his, & accedit ad hæc Conuenit mihi tecū Cōstat hoc nobis  
 siue inter nos. Repugnantia

Refragor, obisto, oblisto, obstrepo, resisto, repugno, reluc-  
 tor, reclamo, officio, occurro, obuiā eo, obuiā factus est mi-  
 hi, aduersor, dissideo tibi siue tecū, contendo tibi siue tecū  
 hoc abs te contendo, i. vehementer peto. Certat illi siue cū  
 illo. Noli pugnare duobus. Græce magis q̄ latine dixit Ca-  
 tullus, pro cum duobus Relatiua.

Verba quæ relationem & respectum habent ad aliquid.  
 Quæ huic est coniūx, tibi nurus est, Platonī corpus est vox  
 i. iuxta Platonis sententiā, Aristoteli spongiæ lentiant

### Relatiua per compositionem.

Ordo, v.

Huiusmodi ferme sunt cōposita cū his præpositionib⁹, præ-  
 ad, con, sub, ante, post, ob, in, & inter Præ  
 Ego meis pluxi maiorib⁹, p̄pollet oibus, p̄nitet, præminet.  
 Præstat oibus, siue oēs p̄cellit oibus vel oēs, Præbabit mihi  
 Præripuit illi, Præeo pro vincō, Præcedo, p̄curro, p̄uertor

præuenio accusatiuum exigunt. Ad  
 Admolitus est illi manū, Admoneo, accubuit, affedit mihi  
 Adiacet ægypto, aduolutus est genibus, affulsit mihi spes  
 Arrisit matri, acclamabat dicenti Appressit pectori codicē  
 Adegit gladium pectori Affigo, adhæreo, adhereseit, adlu  
 bescit. Con.

Cōiuxit nobis. Cōmigravit huic viciniam. Cōmori tibi cu  
 pio, siue tecū. Colludo tibi vel tecū. Sub.

Subiacent fortuna, succedo, subijcio, subest, subolet patri,  
 Ante.

Antestat/antepono/añfero te oib⁹/añcedit, añuertit/ante  
 cellit oibus vel oēs, anteo te nō tibi. Post.

Posthabeo, postpono famam pecuniam. Ob

Obgānit nobis/occidit/obturbat/oppono/objicio/oppe  
 do/obmurmuro. In

Indormis saxis/inuigilas carthis/immoraris/immorieris/in  
 sudas studijs/infides saxo/illudo tibi/insulto/initeris arūdi  
 ni/Nitor q̄q; simplex/nititur suis virib⁹/imminet capiti, im  
 pendet omnibus periculū, incessit mihi cupiditas, inest illi  
 in illo, incidit mihi lis cū nebulone. Inter

Intermiscet vera falsis, interserit, interijcit, interfuit cōi  
 uio, interuenit colloquio. Contingentia.

Cōtigit mihi/accedit/euenit/vsu venit/obtrigit/cessit/suc  
 cessit/obuenit/vertit/cecidit. Confitendi.

Fido/confido/credo. Fidem habeo/fidem facio/fidem do  
 polliceor/spondeo/nubo. Item hæc liquet/vacat, placet/  
 displicet/dolet/liceo/succenseo/indignor/minor.

Datiui aduerbiales Appendix.

Addūter & hi datiui aduerbiales. Tēpori surgendū, vespere  
 ri venit, Luci occidit hominē Verbis aliquoties dt̄s festiui  
 tatis, i. iucūditaris grā adiūgit. Suo sibi hūc iugulo gladio.

Gemini datiui.

Est pro habeo, Est tibi pater. Nō ē tibi quod agas Et inter  
 cedit mihi cū illo familiaritas Nōnūq̄ geminos habet dt̄s  
 Nō sit tibi cure, Itē hæc, An id sibi studio habet? Hoc tu ti  
 bilaudi ducis, Speras tibi laudi fore, qd̄ mihi vicio vertis?

## DE CONSTRUCTIO. VERBI

Dedit mihi vestem pignori, dono, mutuo.

Dedit mihi pecuniam foenori.

Accusatiuus post verbum.

Ordo prim<sup>o</sup> Verba trāsitiua cuiuscūq; generis exigunt accm̄ significan-  
tem id qd' patitur, vt saluta patrē. Nūeras arenam, bibis vi-  
nū, Loq̄ris mēdaciū, osculatur vxorē. Tædet, piget, pudet  
pœnitet, miseret me tui. Decet te, non decet senem. Dede-  
cet virginem impudentia, Antiqui dicebant & decet tibi,

Duo accusatiui.

Sunt quæ geminū admittūt accm̄, Docuit me litteras, De-  
docebo te istos mores, poposcit me mutuū Rogat, orat, fla-  
gitat, exorat te veniā. Postulo, oro, flagito, posco, peto, abs-  
te hācrem, frequētius q̄ te sine præpositione. Exuo, induo  
vestio, calcio, cingo posteriorē, hoc ē accusatiuū rei, sapiūs  
murant in ablatiuū, Exiit se chlamydē siue chlamyde Acci-  
xit se gladio.

Accusatiuus rei & personæ.

Quædā vtrūvis admittūt rei seu plone, vicit te, & vicit litē  
Excusat se, & excusat valetudinē Accusat te, & accusat tuā  
negligentiā.

Motus ad locum.

Ordo. ij.

Quæ significāt motū ad locū aliquē, accm̄ postulant nomis  
proprii citra p̄positionē. Eo Romā, redijt Athenas, nauig-  
gauit Carthaginē. Item hæc, Cōfero me domū, recipio me-  
rus. Nam appellatiuis, siue maiorib; locor; vocabulis fere præ-  
positio additur, profectus est in Hispaniam, reuersus est in  
prouinciā, abiit in forum.

Spacium temporis.

Ordo. iij.

Quibuslibet verbis apponitur accūs significās spacium tem-  
poris, Potauit totā noctē, hic totū desedi diē, Viginti ānos  
natus est, iam sæculum te operimur.

Appendix

Quæ hic aliquoties in ablatiuū vertitur, Cōmorat<sup>o</sup> ē apud  
nos tribus horis, seu tres horas

Appendix.

At quoties nō spacium, sed species tēporis significatur ablati-  
uus tm̄ apponitur, Noctē vigilas luce dormis, ætate domi  
desides, hyeme nauigas, Superioribus diebus ad te scripsi.  
Anno proximo te vīlam, Significatur autē species cum in-  
terrogatio sit p̄ qn̄, vt Quando venies: hora tertia, Spacium  
vero, cum sit interrogatio per quamdiū, vt quamdiū vigila

# CVM ABLATIVO

ſit: duas horas

Spacium loci

Quibusdā & loci ſpacium eodē mō apponitur. Iam mille paſſus proceſſerāt. Patet in longū quingēta ſtadia Latū culmū latum vnguē, latū digitū, pedē hinc ne diſceſſeris. Ab eſt ab vrbe ſeſquimiliariū. Quāq; hic q; nōnunq; vertitur in ablatiuū, ab eſt a continenti, quingentis paſſuum milibus.

Ordo. iij.

Reciprocus accuſatiuus.

Quodlibet verbū q̄tūis intransitiuū admittit accuſatiuū nois ſignificantis etndē actū, vt quā hic vitā viuimus Lindy mionis ſomuū dormis. Huius generis ſunt illa. Longū nauigauit iter. Hūc ſcio mea ſolide ſolum gauifurum gaudia

Ordo. v.

Accuſatiuus per figuram.

Item illa, recipit, ſapit aduſtionē. olet lucernā, hircū, olet vnguēta. Spirat italiā, vox nō ſonat hoīem, vineta crepat mera viuūt bacchanalia, viuūt Cynicū. Et quæ ponūtur aduerbio nū loco, Furit indomitū, dulce ſonat, Toruū tuetur. i. indomite, dulciter, torue.

Ablatiuus poſt verbum

Quoduis verbū admittit ablatiū ſignificantē qualecūq; inſtrumētū, aut modū actionis.

Exemplū inſtrumentū.

Petit me ſaxo, cecidit loris, enecas odio, refellis argumentis vicit ſapientia, cōciliauit humanitate multos, cōcordia res parux creſcunt, diſcordia maxime dilabuntur, i. per diſcordiam.

Ordo. i.

Exemplum modi.

Mira celeritate rem peregit, Summa eloquētia cauſam egit

Hic tñ apponitur aliquoties præpoſitio cum.

Summa cū humanitate tractauit hominem

Nam inſtrumentis non apponitur, non enim recte dicitur

Scribit cum calamo

Appendix.

His finitima ſunt, quæ ad Synecdochen pertinent, Egrorat animo magis, q̄ corpore, diſcrutiatur animo, cādet dentib<sup>9</sup> rubet capillis, id eſt, ſecundū animū, corpus, capillos. Poete dicunt per accuſatiuū, Languet animū, rubet faciem, canet capillos.

Comparatiua.

Quæ vim obtinēt cōparationis admittūt ablatiū ſignificatē mēſurā. Multo præſtat cauere, q̄ admittere Multis, inſinitis partibus te vincit, duplo ſuperat, nimio excellit, antecedit,

Ordo. iij.

# DE CONSTRUCTIONE VERBI

## Motus a loco.

**Ordo. iij.** Quae significant motum a loco, siue per locum eadem nomina admittunt in ablatiuo, quae in genitiuo apponebatur cum significabuntur quies in loco. Discessit Londino. Rure reuersus est. Lonaniū sum facturus iter.

Apponitur semper praepositio per, appellatiuis regionum nominibus. Per italiam eundum est Graeciam petenti. Per forum ibis. Per coemiterium itur ad ecclesiam.

Adduntur & hi ablatiui aduerbiales. Hac eundum est istac isthac, qua pro aliqua parte seu via, vt Si qualicebit effugere. Et relatiue. Qua spectat Aegyptum.

## Ablatiuus absolutus.

**Ordo. iij.** Quibuslibet verbis additur ablatiuus absolute sumptus Me dormiēte tu hibis. Hoc me viuo non facies. Hac fiūt te rege. Te consule. Te pontifice. Te impulsore feci.

Lilio praepceptore tantus hic euasit.

## Implendi Onerandi.

**Ordo. v.** Verba implendi, oneradi. & his diuersa. Satio, saturo, expleo te fabulis, ingurgitauit te cibo Obruīt se vino Oneras stomachum cibo. Leuabo te hoc onere. Exonerabo te nūmis. Nudauit, exuit, spoliāuit me bonis omnibus Emunxit senes argento. Prosequor. Afficio.

**Ordo. vi.** Item prosequor & afficio Afficit me iniuria, dāno, honore vituperio Prosequor te odio, amore, beneuolentia Pluit lapidibus, lacte, sanguine, siue lapides, lac, sanguinem.

## Mereor bene seu male

**Ordo. vij.** Bene mereor & male, peius, melius, optime, pessime, interueniente praepositione asciscunt auferendi casum Optime de literis meritis es. De me nihil es meritis, neq; bene neq; male.

## Passiua.

**Ordo. viij.** Passiuus additur ablatiuus agentis, sed accedente praepositione a vel ab. Rideris ab omnibus.

Additur aliquādo datiuus absq; praepositione. Amaris omnibus vel ab omnibus.

Accusatiuus patientis vertitur in nominatiuum. Pater castigat filium. Filius castigatur a patre.

Cæteri casus fere omnes manent in passivis, qui fuerāt acti-  
uorum. Doceris a me grammaticam, Accusaberis furti, ha-  
beberis ludibrio, priuaberis magistratu.

Quæ per se passiuæ vocantur, cōstruuntur quæadmodū & il Ordo, ix.  
la. Veniſt a domino. Vapulaberis a præceptore. Quid fiet ab  
illo, Vescor, &c.

Vescor carnib<sup>9</sup>. Hic victitat lacte. Vtor homine familiariter.  
Inuenitur & vtor hanc rem, & abutor operam. Fruor  
tuo conspectu. Et tuo fretus auxilio, Depotior dictum est.  
Fungitur magistratu. Defunctus est vita.

## Appendix, i.

Præpositio subaudita facit, vt ablatiuus recte addatur. Hæ-  
beo te loco parentis. Est mihi vice filij, i. in loco, in vice. Ap-  
paruit illi humana facie. Decessit magistratu.

## Infinita Appendix, ii.

Quibusdam familiariter adduntur verba infinita. Solet, de-  
bet, coepit, optat, gaudet laudari, amat videri diues, studet  
metui. Nam figurate ponuntur, vt a nullo pendeant. Hæc  
ne fieri flagitia? Et venari pro venabatur.

## Diuerſi casus eidem addito verbo.

## Appendix, iij.

Nihil vetat quo minus eidem verbo diuerſi casus apponā-  
tur diuerſæ rationis.

Dedit mihi vestem hanc pignori, te præſente, ppria manu.  
Nam vestem additur tanq̃ trãſitiuo, mihi tanq̃ acquisitiuo,  
pignori, ex eorū forma, quæ resoluntur per ad vel in, ppo-  
sitionem, Id est, in pignus, te præſente ablatiuus est abſolu-  
tus, manu instrumentalis.

## Gerundia.

Gerundia omnia eosdem ferme casus admittunt post se, & s  
habent verba a quibus deducuntur. Ad discendum literas  
an seruiendum tibi, ad fruendum amico.

## In di.

Gerundia in di, ante se habent hæc nomina, gratia, causa, p̃  
textu, occasione, titulo, oclum, facultas, licentia, ars, aut sunt  
le nomen substantiuum,

## DE CONSTRUCTIONE GERUNDII.

Veni huc causa visendi te. Nō erat copia cōueniēdi hoiem  
Ars dicendi. Nōnunq̄ precedit adiectiuum.  
Cupidus visendi te. Gnarus bellandi. Certus eūdi, imperi-  
tus nauigandi, Peritus medicandi.

In dum.

Gerundijs in dum præponitur præpositio ad, vel inter. Ad  
colloquendū tecum, inter cōnandū hoc mihi venit in men-  
tem. Reperitur & ante damnandū Cū significamus necessi-  
tatem, sine præpositione vsurpantur, addito substantiuo ꝑ  
bo, Vigilandum est ei, qui cupiat vincere.

In do.

Gerūdia in do pēdēt a præpositione in, vel ab, siue dictiōe  
quę requirit abltm̄, vt in consultando locus est eloquentię  
In pugnando viribus est opus. Reuersus a venando siue  
venatu. Tacendo refellis, id est, tacens refellis.

Scribendo discēs scribere. Rhomanus sedendo vincit.

Gerundiua nomina.

Vertūtur gerūdia in noia adiectiua, vt Causa visendi te, &  
causa visendi tui. Ad discēdū litteras, & ad discēdas litteras  
Legendo libros doctus euades, & legendis libris doct⁹ eua-  
des.

Supina in tum.

Prima supina sequūtur verbū significās motū ad locū, vt  
abijt piscatū, i. ad piscandū, admittūt post se eosdē casus, q̄s  
verba ipsorum.

Absolute posita.

Ponuntur & absolute cum verbo est. Pugnātū est, Actūm  
est, Dormitūm est, Cessatūm est satis.

Supina in tu.

Supina in tu passiuę significationis ferme sunt.

Adherēt nomīnibus adiectiuīs, vt turpe dictū, Miserabile  
visū, Difficile creditū, facile auditū, proliue factū, id est, ad  
faciendū. Nam in his, surgit cubitū, redit venatū, nomia  
potius censenda sunt, quam gerundia.

De participijs.

Participia sequuntur constructionem verborum a quibus  
deriuantur. Donaturus tibi vestem, donaturus te veste.

Consylens tibi, Fruiturus te, diligendus ab omnibus,



## CVM GENITIVO

Quam in his vsitatior est datus. Diligendus omnibus.

Participia facta nomina

Cum trāseunt in naturā nominū, grām postulāt, vt amās vini fugitās lititū, cupiens tui, sitiens auri, peritus belli, desyderās boni. Et sine casu vt vir potens eloquens. Tunc & comparationē accipiūt more nominū in ens vel in tus desinētia

Cupientior famæ q̄ auri, cupientissimus tui. Nulli desyderator q̄ mihi desyderatissimus patriæ.

Participia facta nomina compositione

Quæ compositione sūt nomina, genitiuum asciscunt, in doctus pilæ, in expertus belli.

Quanquam & horum simplicia simili modo vsurpantur.

De nominibus verbalibus.

Omnia fere verbalia grām admittūt, qui verbis erat accūs

Ordo primus

Colo agrum, cultor, cultrix agri, cultus agri, cultura agri.

Bibo vinum, bibax vini. Cupio laudem, cupidus laudis

Item quæ sunt affinia his, vt avarus laudis, ignarus omnium.

Studiosus tui, Securus amorum.

In bilis.

Verbalia in bilis accepta passiue deō gaudent vt participia in dus Flebilis, formidabilis omnibus, i. flendus formidandus omnibus

Ordo. ij.

Genitiuus additus nomini,

Nomina substantiua quæ significant possessorem, mēsurā siue numerum, aut relationem ad aliquid, genitiuum exigunt vt

Ordo. i.

Arma Achillis

Mille nummum

Cyathus vini

Duo milia peditum

Modius tritici

Par calciamentorum

Vncia auri

Iugum aquilarum

Vlna panni

Tres decades questionum

Vxor petri

Amicus patris

Comes Vlyssis

Princeps patriæ

Vertitur hic genitiuus aliquoties in datiuum, accedente verbo est. Hic est tibi pater, huic socer, illi consul.

Attributiua.

Cum significant aliquid inesse siue adesse cupiam, quod

# DE CONSTRUCTIO. NOMINIS

ad laudem seu vituperium pertinet, trifariam efferimus  
Puer bonę indolis, Vir maximi nasi Puer bona indole Vir  
maximo naso, Puer bonus indole, Vir maximus naso.  
Et indolem poetice, Et nasum poetice.

## Species & genus.

Ordo, iij.

Species subiicitur generi in genitiuo siue in eodem casu  
appositionem. Nomen Catonis in te non quadrat. Crimē  
lese maiestatis, Cum essemus in terra italia, siue italia  
in vrbe Rhomę, siue Rhoma.

## Substantiue posita

Ordo, iij.

Quaedam adiectiua substantiue posita genitiuū admittūt  
vt multum lucri, paulum pecunię, Quid habes negocij.  
Quantum habebis pecunię, tantundē habebis fidei Pluri  
mum vini, minimum aquę. Item pronomina quedam.  
Hoc negocij, id operis, quid illud mali.

## Appositio

In summa quoties substantiuū, quacūq; ratione refertur ad  
alterum substantiuum, additur in genitiuo, nisi addatur ap  
positiue, nam tum satis est si concordet in casu, etiā si nume  
ro & genere dissideat. Abstulisti Maronem meas delicias,

## De adiectiuis & substantiuis.

Adiectiua nomina, participia, pronomina, concordāt cū su  
is substantiuis, in numero, genere & casu, vt Ex malis mori  
bus bonę leges natę sunt, istam fortunā tui mores prome  
runt.

## Adiunctio.

Cum plura substatiua, diuersi etiam numeri ac generis, ad  
vnum adiectiuum referuntur, his ferme modis efferri solēt  
Gloria non est expetenda, neq; diuitię, vt in medio ponas  
ad quod referuntur partes.

Non est expetenda gloria neq; diuitię, vt præponatur  
Gloria & diuitię non sunt expetende, vt postpositum con  
ueniat cum proximo, Gloria, diuitię, genus non sunt expe  
tenda, vt subaudias ista, idq; neutro genere.

## Relatiua.

Relatiuum qui, conuenit cum antecedente in numero &  
genere, Placuerunt literę, quas ad me dedisti.

*Nisi figurate loquamur*

**Q**uas ad me dedisti literas magnopere placuerunt

*Comparatiua*

**Comparatiua & superlatiua genitiuum exigunt, vt Sum Ordo, v,**

**minor fratrum, de duobus sum minimus fratrum, de pluribus**

**Et tum exponuntur per inter, inter fratres vel ex fratribus.**

**Nam comparatiua, cum exponuntur per quā, ablatiuū asciscunt, præstantior te, eloquentior omnibus, præterquam Cicerone, id est quam Cicerō. Additur & alter ablatiuus significans modum excessus, Est maior te quattuor annis.**

*Digito lato te procerior, multo potior*

**Multo & longe apponuntur & superlatiuus**

**Multo & omnium doctissimus, longe pessimus omnium.**

*Distributiua & partitiua.*

**Item nomina partitiua, aut partitiue posita, velut quisque quisque Ordo, vi.**

**quis, quicumque, quidam, quis interrogatiuum, & quis pro aliquis**

**aliquis, uterque, neuter, uteruis, uterque, nemo, nullus, solus**

**vnus, medius. Quisque huius nationis, vnumquodque animam**

**tuum prouocat vnumquelibet vestrum, vtrum horum maius**

**accipe. Exponuntur per inter vel ex, vnus omnium, i. solus**

**omnium, medius duorum, id est, inter duos, & dimidium ani-**

**ma. Item alter, alius & his equipollentia pronomina hic &**

**ille, & aduerbium partim.**

*Appendix. i.*

**Quaquam in his genitiuis significans totum, in aliū casum**

**sæpe vertitur. Quis hominum vidit?**

**Et quis homo vidit? Neuter Catonum, & neuter Cato.**

**Animantium, vel animantia, alia sunt volatilia, alia reptilia**

*Appendix. ii.*

**Ad hanc formam pertinent Quotus, quotusquisque ordinē**

**significanti numeralia.**

**Quotus eras conuiuiarum, seu conuiuia?**

**Quotus regum Romanorum, id est, inter reges**

**Sapientum octauus.**

**Quam in hoc postremo non tam ordinem significat, quam**

**numerum simpliciter, vt in illo, Dic quotus esse velis.**

# DE CONSTRUCTIO. NOMINIS

Datiuus post nomen.

Commodi aut incommodi

Ordo. i.

Adiectiua q̄ cōmodū aut incōmodū significāt, aut relatio  
nē ad aliquid d̄rūm exigūt, vt rē mihi pmolestā, mihi iucūdā  
tibi p̄niciosam, mihi salutarē. Relatiua.

Aptus, accommodus, idoneus, vt̄ilis, inūtilis, bello. sicut ad  
bellum Natus gloriæ & ad gloriā,

Obnoxius illi, amicus huic huius

Similis, dissimilis huic & huius

Diuersus huic vel ab hoc, Affinis cognatus huic vel huius

Nam cum huiusmodi substantiue capiuntur, genitiuo ma  
gis gaudent Accusatiuus post nomen.

Spacii mensura,

Ordo. ii.

Quę certū magnitudinis modū significāt, accūm admittūt  
Longus, latus, altus, crassus. Turris alta trecentos pedes  
Liber crassus tres digitos siue trium digitorum crassitudi  
ne, & ducentorum pedum altitudine.

Circuitiōnis vis

Ordo. iij.

Quędā per circūlocutionē accūm admittūt, vt nō sum id ne  
sciūs. i. non ignoro Cuius generis sunt & alia.

Eius rei mihi venit in mentem, id est recordatus sum

Et id mihi anus iudicium fecit. i. indicauit, & opus est mihi  
hac re Ablatiuus post nomen

Dignus & indignus abltūm adiscunt, Dignus honore

Dignum est illo. Dicimus tamen, dignus vt honoretur, dig  
nus quem omnes honorent.

Et dignus honorari ab omnibus.

Item vacuus, onustus, vacuus curis, onustus diuitijs, pauper  
diues, plenus, inanis, etiam genitiuum admittunt

Pronominum constructio

Genitiui primitiuorum

Mei, tui, sui, nostri, vestri, genitiui primitiuorū ponūtur cū  
passio significatur. Nam cū actio, addūtur possessiua. Me  
us, tuus, suus, noster, vester. Languet desyderio tui, nempe  
quo tu desyderaris, Fauet desyderio tuo, quo tu desyderas

Item pars tua, quę tibi debetur.

# CVM DATIVO

Pars tui. id est manus aut pes, corpus, animus.

Imago tua quam tu possides, imago tui qua te representat  
Aliquoties vtrunq; coniungitur, vt nostra tui memoria, id  
est, quam nos de te habemus.

Possessiva pronomina.

Possessiva adiectiua sunt, & nō recusant aliquā genitiuum  
Me ipsius causa, tua solius, vnius. Meos flentis oculos

Nostrium & vestrum.

Nostrium et vestrum genitiui plurales, gaudēt nominibus  
distributiuis, aut partitiuis, vt nemo vestrū, vnusquisq; no-  
strum, id est ex nobis. Item comparatiuis & superlatiuis, vt  
Maior vestrum Maximus natu nostrum

Reciproca.

Sui, sibi, suus sua suum, nō nisi reciproce ponūtur, hoc est vt  
reflectantur ad id quod praecessit in eadem orationis parte  
aut annexa per copulam, ille sibi placet, Petrus odit suos.

Orat vt suo faueas filio

Demonstratiua.

Demonstratiua cum substantiue ponūtur, admittunt genitiuum  
vt dictum est Hoc noctis, idem temporis, illud accessit mali

Idem cum datiuo.

Idem datiuo adiungit, vel ablatiuo, interueniente prepositione

Idem facit occidēti. i. quod occidēs, idē huic, aut idē cū hoc

Nominatiuus post aduerbium.

En & ecce demonstratis nominatiuo seu accusatiuo iungū-  
tur, En quatuor aras, ecce rem, en lupus in fabula

En exprobrantis accusatiuo gaudet, en animum en mentē

Genitiuus post aduerbium.

Superlatiua genitiuum exigūt, pessime oim dixit, qui oim opti-  
me fecit.

Aduerbia loci aut temporis.

Ordo. i.

Adduntur aduerbia loci ac temporis genitiui ferme hi

Vbi gentium Eo impudentiae ventum est

Ordo. ij.

Quo terrarum, Nulq; gentium. Huccine rerum venimus

Vbiuis, quouis terrarum. Eo loci redacta est. Tunc tempo-

ris, Nam minime gentium monodicon est,

Pridie, postridie

Pridie calendarum, siue calendas, Pridie eius diei

# DE CONSTRUCTIONE

Postridie quam venires, postridie quam discesseras

Instar.

Ordo, iij.

Instar mōtis, instar pecudis. Item parum, multum, satis, abū  
de, vini, vice nominum poni videntur.

Datiuus post aduerbium

Quædā dtm admittūt noim vnde de ducta sunt Venit ob  
uiam illi nā obuius illi dicit. Canit similiter huic, nā similis  
huic. Et sibi inutiliter. Sedet proxime illi, ppinquius tibi se  
det q̄ mihi

Accusatiuus post aduerbium.

Sunt quæ accusandi casum admittunt præpositionis, vnde  
sunt profecti, Propius urbem, proxime castra.

Ablatiuus post aduerbium.

Ordo prim<sup>o</sup>

Quæ cōparantur constructionē habēt cōparatiuorū nomi  
num, Accessit propius te, i. quā tu, melius te dicit, i. q̄ tu  
Plus quingentis colaphis, & plus millies.

Procul, & c.

Ordo, ij.

Proculdubio, & procul ab vrbe Clam patre  
Palam omnibus. Coram omnibus.

Aduerbij constructio.

Ordo, i.

Hic, illic, isthic, intus, alibi, vbi, vbiq̄, vbicūq̄, vb̄ ilibet, vbi  
uis, alicubi, necubi, sicubi, ibi, inibi, ibidem, referuntur ad  
quietem in loco.

Huc, illuc, & c.

Ordo, ij.

Huc, illuc, istuc, intro, alio, aliquo, nequo, siquo, eo, eodem  
quolibet, quouis, quocūq̄, foras, horsum, aliorum, dextror  
sum, sinisterum.

Sursum, deorsum & c.

Sursum, deorsum, vtroq̄, neutro, quoquouersum, referun  
tur ad motionem ad locum.

Hinc, illinc, & c.

Ordo, iij.

Hinc, illinc, istinc, alicunde, sicunde, necunde, indidē, vnde,  
vnde libet, vndeuis, vndecūq̄, vtrinq̄ referuntur ad motum  
e loco.

Hac illac, & c.

Hac, illac, istac, alia, aliqua, qua, siqua, nequa, referuntur ad  
motionem per locum.

Variantia

Ordo, iij.

Hæc variant, Foris, coenat, & foris venit  
Peregre venit, peregre rediit, peregre abiit,  
Nusquam apparet, Nusquam discedet

## ADVERBIORVM

Quibus modis verborum quæ congruant aduerbia

Vbi postq̃

Vbi postq̃, cū aduerbia tēporis, interdū indicatiuis, interdū subiūctiuis verbis apponūtur, vt cum aderit, & cū venerit.

Simul, &c.

Simul simulac, simulatq̃ magis gaudent subiunctiuis. Si, mulatq̃ adoleuerit ætas, Vt

Vt p postq̃ indicatiuo gaudet adiūgi, vt ventū est in urbē

Quemadmodū, &c.

Quemadmodū, vt, vt cūq̃, sicut, vtrūq̃ modum admittunt vt salutabis, ita resalutaberis, vt semētē feceris ita & metes.

Quasi, &c.

Quasi, ceu, tanq̃, perinde, haud secus, ac si, cū p priū hñt v̄ bū, subiūctiuis gaudēt apponi, Tanq̃ feceris ipse aliquid,

Quasi nō nouerimus nos inter nos, alias copulant consimiles casus, Noui hoīem tanq̃ te, arridet mihi, quasi amico,

Ne, non.

Ne prohibentis vel imparatiuis, vel subiunctiuis additur

Ne nega ne dixeris, Non, verbis imperatiuis nō recte præponitur,

Ne, an, num.

Ne, cū est interrogātis, indicatiuū amat, Superest ne, & ves citur aura? Similiter & an & num, At eadē cum accipiūtur

dubitatiue, siue indiffinite, subiunctiuum postulant.

Vise num redierit, nihil refert feceris ne an pertraheris,

Pene & similia,

Pene, prope, propemodū, tātum nō, modonō vnico verbo

seu alia dictione contenta sunt, propemodum insaniebat

Tantū nō insaniebat, modo nō montes auri pollicebatur:

Aduerbium relatum nō ad verbum.

Aduerbiū aliq̃ties refertur nō ad verbū, sed ad aliā oratio-

nis partē. Homo egregie impudēs, ne parū sis leno Admo-

dum puella, admodum anus. Aliquoties aduerbiū adheret

aduerbio, non admodum pulchre, parum laute

Quanc̃q̃ & similia

Quanc̃q̃, tætsi, etsi, etiāsi, frequētius adiūgūtur indicatiuis

Quāuis, & licet, subiūctiuis, Etiam si cum vtrūq̃ coheret,

## DE CONSTRUCTIO. ADVERBIO.

Vt pro quamuis, semper subiunctum flagitat.  
Serui vt taceant, iumēta loquētur. Aliquoties ad aliā ora-  
tionis partem referitur, non ad verbū Complectitur homi-  
nem quamuis male volentem, etiam si pessime de se meritū

Nisi cum similibus,

Ni, nisi, si, siquidē, q̄ quia, & indicatiuis & subiunctiuis adhe-  
rēt Nisi facies, nisi feceris, q̄ bene vales gaudeo, q̄ redieris  
incolumis gaudeo Nō quia sic merui, nō quia sit paup, sed  
q̄ sit improbus, Quando & c̄.

Quādo & q̄n quidē, quatenus, indicatiuū exigūt Et frequē-  
ter sequūtur causam, cū reliquæ huius ordinis frequētius p̄-  
cedant Quoniam mihi nō credis, ipse facito periculum, ip-  
se periculum facito, quoniam mihi non credis.

Quippe

Quippe item, cum proprium habet verbum

Danda est huic venia, quippe agrotat

Quippe qui, Vt qui.

Si addideris qui vtrumq; admittit modum

Vt qui plerumq; subiunctiuis adheret.

Non est huic habenda fides, quippe qui bis iam peierauit,  
siue peierarit. Vt qui peierarit

Qui.

Qui cum habet vim causalem, semper adheret subiunctiuo  
Stultus qui huic credas, id est quod vel quia credis

Vt Vtpote

Vt & vtpote proprium verbum nunquam habent.

Odi petrum, vt in omnes maledicum

Vtpote in omnes maledicum

Tum tum, Cum tum

Et tum tum, cum tum, similes modos copulant in verbis, in  
declinabilibus, similes casus Odit tum literas, tum virtutē.

Amplectitur cum eruditos omnes, tum in primis Marcelli

Præpositionum constructio

Præpositio versa in aduerbium

Præpositiones q̄ citra casum vllū vsurpātur, in aduerbiori  
naturā trāseunt, Extra me ite, An mare, quod supra memo



# PRAEPOSITIONVM

rem quodq; alluit infra, Prope adest  
 Quemadmodum rursus, & aduerbia quaedam accedente ca-  
 su, in praepositiones transeunt, vt procul, coram, clam, palam

## Casus praepositionum

Quaedam accusatiuum exigunt, vt intra parietes, Extra val-  
 lum. Quaedam ablatiuium, vt ab vrbe. Quaedam vtrunq;  
 sed non eodem sensu. In.

## Varij casus praepositionum earundem

In cum significatur actus in loco, desiderat ablatiuium

In animo est, in foro versatur,

In pro erga accusandi casum habet. Optimo in te animo.

Item in pro contra, in omnes maledicus.

In pro ad, in hoc incumbite, in hoc natus sum, in mercatum  
 abiit. Sub.

Sub nocte, id est in nocte, Sub noctem, i. instante nocte.

Sub ea, id est postea.

Item sub additum verbo motus ad locum accusatiuum exigit.

Sub vmbra properemus.

Sub cum verbo quietis ablatiuium requirit

Sub Iodice sub vmbra.

## Super

Super numerum ingenuorum, id est, ultra numerum

Super haec omnia, id est praeter haec omnia.

Super Priamo, i. de priamo. super arbore sidunt, i. in arbore,

## Tenus

Tenus gaudet ablatiui singulari, genitiui plurali.

Pube tenus, Crurum tenus

Sed haec videntur veluti composita, quemadmodum & illa,

Hactenus, eatenus, quatenus.

## Versus

Postponitur & versus suo casu. Rhomam versus est iter

Vsq; raro sine altera praepositione reperitur, & significat te-  
 poris aut loci magnitudinem

Ad multam vsq; noctem. Ab extrema vsq; india,

Vsurpantur & aduerbialiter, pro semper siue continenter

A, ab, abs,

# DE CONSTRUCTIO. INTERIECTIO.

A præponitur dictionibus incipientibus a consonante  
A foro, a castris.

Ab incipientibus a vocali, Ab omnibus

Nisi sint liquide, aut i consonans, ab ioue, ab rege.

Abs incipientibus a te, abs te,

Præpositiones semper compositæ.

Sunt quæ non inueniuntur extra compositionem

Di, dis, re, se, an, con, Diduco, dissipio, refero, seiungo, ambigo conuenio,

Con ex quibusdam neutris facit transitiva. Commixit lectum, Conspuit hominem, concacauit, conpluit,

Commouit maritum,

Desicio, id est ex alto iacio, Deamo, id est valde amo

Desipit, id est sapere desijt, Deferbuit ætas.

Redamat, id est, contra clamat, Repetit, id est denuo petit

Retegit, id est, quod tectum est aperit.

De constructione interiectionum

O

O exclamantis admittit vocatiuum, nominatiuum, accusatiuum. O dii immortales. O vir fortis. O insignem impudentiam. Subauditur frequenter, vt singularem impudentiam

Heu, Prohi, &c.

Heu pietas. Heu stirpē inuisam &c, Prohi iuppiter Et proferdeum atq; hominum fidem. Hei mihi. Veh tibi. Ah tibi

Cedo

Cedo flagrantis exhiberi accusatiuum habet.

Cedo manum, cedo senem.

Amabo. Obsecro.

Amabo & obsecro blandientis, Sodes & Sultis hortantis  
vba sunt, & interiectionis naturam versa, quemadmodum  
& Age.

E I N I S.



Memorie traditū est a rhetorib⁹ nris esse tria  
causarū gna. Demōstratm̄ q̄ psonā aliquam  
laudamus, aut vituperamus. In hoc gne qd̄  
primū videt̄ ad ostētationē excogitatū. & s̄  
tes laudabimus hoiem vel ab externis, vel  
corporis, vel animi cōmodis. Pro exēplo fu

Demonstra  
tuum

erit Plinij secūdi doct̄issimiviri doct̄issima de Euphrate phi  
losopho epistola, nā tpibus nris vt alia speciosa & egregia,  
ita mos latine orādī ppemodū exoleuit. In ea igī epistola,  
primū ab animi bonis humanitate, & eloquētia laudat̄ Euz  
phrates Ab humanitate cū dicit̄. Est em̄ obuīus & expolit⁹  
plenusq; humanitate, quā pcepit Et paulo post ab eloquen  
tia & dicēdi facultate, cū dicit̄ multa in Euphrate sic eminet̄  
Sermo est copiosus. Deinde a corporis bonis, ibi, Ad hoc p  
ceritas corporis, decora facies, demissus capillus. Postremo  
ab externis rebus, cū a Pōpeio iuliano nobili viro gener ali  
citus dicit̄. Sūt apud eundē Pliniū alię simili artificio cōscri  
ptę epistolę, quas vnusquisq; poterit sibi colligere, & colle  
ctas imitari. Totidē modis aliquē ab ignorātia, crudelitate  
fraude, inopia, ocio per quod in morbū inciderit vituperav  
imus. Exempla ponere superfedeo. Magistris enim iuue  
num quibus hec scribimus, & honorum autorum interpre  
tibus aliquid volumus reservare. Illi inter docendū adhibē  
tis ex Cicerone, vbi magna copia est, exemplis, iuuentutē  
monstrent, quā id ratione sit faciendum.

Plinius secū  
dus laudat̄.

Deliberatiuū est, q̄ vel suademus, vel dissuademus, vel hor  
tamur, vel dehortamur, petimus, vel monemus. Hui⁹ gene  
ris etiā in epistolis frequēs est vsus. Vt cū ostendemus bene  
meritis referēdā esse gratiā q; in amore vinci turpissimū sit  
Aut exēplo Ciceronis, qui per eloquētiā ex infimā fortuna  
ad maximos honores est puect⁹, hortabimur aliquē ad bo  
nas literas discendas Aut petitori quippiā ab amico, remun  
neraturos nos dicemus. Exemplum est apud Virgiliū in  
principio eneidos, in oratione iunonis ad Aeolum, illic iu  
no petens vt æolus tempestatem in Troianorum naues e  
mittat. Incute vim ventis, inquit, submersasq; obrue pup  
d ij

Deliberati  
uum.

# RHETORICE ISAGOGE

pēs deinde remunerationem subiiciens ait, Sūt mihi bis septem præstanti corpore nymphæ.

Iudiciale

Iudiciale, quo accusamus, hoc est iniuriam nobis factā delictaq; iudici exponimus, vel cū ipse etiā reus obiectū crimen depellere conatur. Itaq; huc reducitur epistolæ quibus obiurgamus, criminamur, inuehimur, in aliquem. Huius grāduæ sunt apud Politianum, virū doctrinā pari atq; faciendū præditū, vna cuius principiū est Dederā cōmodū literas ad te, in qua doctissime simul & asperrime Georgio Merulæ obijcit errata, quibus illius in Iuvenalem cōmentarij scatebant. Altera est ad Bartholomæum Scalam hoc principio Vtrum pugnancia scribam post videro, in qua epistola omnem errorem se procul amolens descendit obiecta.

Angelus Politianus laudatur.

## Exordium.

Exordium locus ē interdū etiā in epistola, cū auditoris animū ad audiendū apparamus. Erit exēpli loco Politiani autoris luculenti ad Scalā Bartholomæū, cuius modo memini, scribam Florentinorū epistola, hoc (nisi memoria vacillamus) principio Ita respōdebo ad epistolā tuā Scala doctissime, quæ mihi multa sed leuicūsa obijcis, vt iocer interdū tecū liberius Recte igitur sic exordiū descripseris Est exordium, per quod significam⁹ qua de re simus dicturi, vnde, vt de poetis nihil dicā, qui & ipsi semp exordio vtuntur. Liuius historicus bellū ab Hannibale Carthaginēsiū duce cū Rhō. gestū scripturus, in præfatione lucubrationis illi⁹. In parte inquit operis mei licet præfari mihi, p̄ in principio summe totius p̄fessi sunt pleriq; rerum scriptores bellū maxime memorabile omnium quæ vnq; gesta sunt, me scripturum, quod Hannibale duce Carthaginenses cum populo Rhomano gessere.

Quid sit exordium

Exordium præfationis Liuiane

## Narratio.

Exordium subiicit apud oratores, & eos qui epistolas cōposuerunt, rem gestam breuiter & dilucide exponēs narratio Suffecerit exēplū An. Politiani viri sine dubio doctissimi, atq; eruditissimi in epistola de obitu mecenatis ac p̄foni sui Laurentij medicis longiori exordio subiicit narrationē, huc in modum, Laborauerat igitur circiter menses duos

## HADRIANI BARLANDI:

Laurentius Medices &c. Legi ego nuper, eam epistolam, in qua mihi certe visa est esse incorrupta quaedam nostri, hoc est, Latini sermonis integritas, & eligens quoddam atq; eruditum orationis genus. Proinde legendus hic scriptor, si quis est alius, ex neotericis iuventuti.

### Conclusio.

Conclusio quæ in familiaribus epistolis narrationem sequitur, aptissime fiet per adiectionem coniunctionum ergo, ideo, igitur, & similibus, hoc modo. Tu igitur dabis operam, ut opibus quæ modo huc, modo illuc transferuntur, quasque in bonis rebus esse omnes sani negant, contemptis, ac velut repudiatis, virtuti studeas, quæ sola beatos facit.

### Dispositio.

De dispositione latius & vberius præceperunt Cicero & Quintilianus. Hæc Rhetoricæ pars, nec in epistolis, aut versu quoque negligenda est. Oportet enim ut & hic recta quædam collocatio prioribus sequentia adnectantur.

### Imitatio.

Si quæ velis ex ijs, qui principatum eloquentiæ tenuerunt, imitari, dum tibi proponere, id rectissime facies, si prius eum quæ effingendum delegeris multa diuturnaque lectione contriveris, hic quoque modus sit oportet, ut videlicet nimis anxie sollicitudine hunc vel illum exprimendi tantummodo, deposita, quod tu denique citra imitationem valeas interdum periclitaris.

### Elocutio.

Elocutio rebus debet accommodari. Erit itaque alijs utendū in verbis in epistola, alijs in historia, & oratione. Epistolam humilia non dedecet. Historia, cum & ipsa verbis e medio petitis utatur, habet tamen præcipua sibi propria vocabula, ut ipsæ in alio scripti genere uti non liceat. Orationi vero omnia sublimia, grandia, interdum etiam tragica conveniunt.

Fugienda esse poetica in epistolis.

Admonendi sunt iuvenes, ut cum bonos aliquot scriptores præcipue Terentium & Ciceronem optimos dicendi magistros legerint contriverint, edidicerint, concoxerint, ne epistolas (in quibus nostra ætate potissimum stilus exercetur) poeticis aut

Legendus  
*Politianus.*

Quid faciendum ut bene imiteris

Terentius & Cicero diligenter legendi

## RHETORICE ISAGOGE

nimiū antiquis verbis cōtaminēt Qualia sunt hec, genitor  
 p̄ patre, gnatus p̄ filio, gerul<sup>9</sup> siue delator p̄ tabellario. Bac  
 chum ministrare loco eius qđ est vinū dare, arua Neptunia  
 pro mari, auribus hausi pro audiui, atra vescor etherea p̄ vi  
 uo, & valeo. Cui vicio vno remedio occurrī pōt, si optimos  
 quosq; & p̄cipuos in eo scribēdi genere legāt & qualiter

Non sunt le  
 gendæ Caro  
 line epistole

Quid nili merę sordes, in Carolinis epistolis. Has tñ op  
 timorū scriptorū tāta copia nō dū potuit manib<sup>9</sup> adolescētī  
 um excutere, Legūt a multis tanq̄ purę, venustę, ornata.  
 At Ciceronis, Plinij iunioris An, Politiani epistole negligā  
 tur, Ille nō satis est argumēto & materia familiaris, Horum  
 vnus obscurior, alter est affectat<sup>9</sup> nimiū. Sic semp̄ habet ali  
 quid rudis, quo se tueatur, inscitia, quę ita est in suis errori  
 bus pertinax, vt si ad meliorem mētem eam retuocare velis  
 Demosthenes tibi sit ab inferis excitandus

Adnotatio de alijs quibusdam in epistola vitandis

Primū oim̄ cauebimus, ne temere recipiam<sup>9</sup> verbū insolēs  
 & paulo minus vulgatū, quod non tam culpa tēporū, q̄ ob  
 nimiā antiquitatē in desuetudinē abierit. Proim̄ ingri līarū  
 & p̄ceptores nō linēt, vt iuuetus, q̄ oia sine iudicio imitat,  
 legat scriptores, qui nō vetustis mō, sed etiā aboletis v̄bis  
 nouitatē dare studēt, quales apud seculū prius fuerūt Apu  
 leus, & Sidonius, inter n̄os, hoc est recētiore, p̄cipue Bero  
 aldus, & Pius Bononiēsis. Vitabimus etiā verborū defor  
 mētraiectiones, crebras vocaliū cōursionēs, longas conti  
 nuatiōes, quas vno spū vix absoluas Displicuit & illud mihi  
 semp̄, qđ nōnulli epistolis, vt operi lōgo varias autorū sentē  
 tias inserunt, Verliculorū etiā ex poetarū libris ceu syluam  
 quandā cōgerere citra delectū solēt nō, quę admodū vete  
 res illi, quos videmus vt eruditius hoc fecisse, ita in aduoca  
 dis poetarum versibus multo fuisse parcissimos.

### Pronunciatio.

Vt recte pronuncies, primum omnium est ab ijs abstinē  
 dum, quę voci possunt officere. Noui quosdam, qui nimia  
 Veneris, & potus intemperie, abierant in perpetuam rau  
 citatem, qđ Vox itaq; facili ciborum digestionē, id est

Solū hūc  
 sed v̄ m̄  
 auctōrē

Et m̄ hūc  
 Cicerō  
 m̄ hūc  
 lib̄ hūc

## HADRIANI BARLANDI

frugalitate cōseruāt, cōfirmaturq; si quis assidue dicat, nō vt hodie in scholis multi qui latrāt, nō loquūtur, & rudē illam, vt Fabius dixit, qualēq; impetus, cuiusq; animi tulit actionē magis probāt, sed adhibito studio & cura, per quā nisi natura iuuetur, nihil perfectū erit. Cauebimus igitur ne vno quodā spiritu ac soni itētionē vtētes, acri clamore omnia, quod insani est, & auditorē ledit, aut intra loquēdi modū nimis sedata & depressa voce dicamus, quo etiā debilitari oēm itētionē Fabius est autor, mutāda tamē vox erit prout vel ipsa verba, vel sententiā postulabunt. In scholis hodie multū erramus omnes, dum nō satis monemus iuueturtem, ne nimis dicat celeriter, ne in pronūciando ita prioribus syllabis indulgeat, vt extremas non proferat, & est pueritia fere huic vicio obnoxia. *Distinctio etiā omnis, docentium culpa negligitur, neq; obseruāt adolescentes, vbi incipere & desinere, quo loco sustinere, & quasi suspēdere sermonem debeant.* Alia multa Cicero & Quintilianus de pronūciatione in literas miserunt, q̄q; hic multo q̄q; ille accuratius & plenius scripsit, quæ omnia nos breuitati seruiētes omittimus, tātum indicare pueris contenti, nullam ita esse splendidam, & elaboratam orationem, quæ audita nō modo non delectet, sed etiam perdat vires suas, nisi adiungetur bona pronūciatione dicentis.

### Memoria,

Cum nihil memoria preciosius, & sine hac omnis labor sit, quem in precipiendis disciplinis suscipimus inanis, magno studio fugienda in primis ebrietas, quæ naufragium est, & quasi mors quædam memoriæ. Amplectenda autē, quibus tam præclarū naturæ munus conseruari & augeri queat. Fabius igitur Quintilianus multum iurari dicit memoriā, si quis ex iisdē quibus scripserit chartis edidicerit, id quod nos quoq; experimento didicimus cum ab hinc quadriennium rogatu amici cuiusdam in quodlibetis, quæ sic vocāt frequentiore q̄ eruditio merebatur nostra, auditorio in hac laudatissima louanienſium academia responderemus. Profuerit etiam multa ediscere, multa cogitare, & quæ me

*Ebrietas;*

minisse velis ea studiosus ac crebrius relegere, vt altius insi-  
deant animo. Maxime pueri qui natura fastidiosi varia que-  
runt saepe sapius a praeceptoribus admonendi sunt, & ita  
educandi in literis, vt assuescant eadem vel decies vno die, si  
fieri possit, reuoluere, & quasi eundem cibum remandere,  
quorum studium & illud non mediocriter adiuuabit, si ea  
quae velint memoriae mandare, cubiculorum suorum parie-  
tibus, & frontibus calcibusq; librorum inscripserint, non-  
numquam papyraceis etiam (cuiusmodi plurimum vtuntur)  
fenestriculis depinxerint, vt nusquam non obuium sit, quod eru-  
ditioni aliquid adstruat.

De verborum exornationibus, quae quid enim La-  
tinis scriptoribus crebrius, sunt usurpatae,  
& primum de Repetitione.

Repetito est, cum ad primum verbum continenter fit regressus.

Exemplum Cicero, ex prima in Catilinam inuectiua  
Nihil te nocturnum praesidium palatii; nihil urbis vigiliae; nihil  
timor populi, nihil concursus bonorum omnium; nihil munitissimi  
habedi senatus locus; nihil horum ora vultusque mouentur.

Exempla Barlandi

Vobis debeo patres quod viuo, vobis a me gratia est referenda  
quod hoc tempore fama & diuitiis affluam, vobis ducibus libe-  
ra mihi aliquando facta est studiorum quies.

Aliud,

Laurentius e medio barbariem sustulit, Laurentius bonas  
litteras pristino restituit nitore, Laurentius Rhoma, aquilas  
hoc est latinitatem ab hostibus recepit, Laurentius signa in  
patriam retulit, Laurentius Camillum imperatorem egregie  
strenuum est imitatus.

Aliud

Tu in scholam ire, tu praecceptoris vultum aspicere, tu in con-  
discipulorum conspectum audebis venire, homine perditissime.

Aliud,

Audes verbero mutire, audes te expurgare, audes quae com-  
meruisti flagra deprecari? Quid est quod possis pro te ad-  
ferre, quod est quod tibi putes ignosci oportere? non leges san-  
ctissimas contempsisti, non condiscipulis insidiarius es?



non præceptor: interminatus es: non denique relicta virtute  
libidinibus ac luxuria inferuisti.

Aliud.

Nihil eo viro in disputando subtilius, grauius, ornatius, nihil  
in dicendo copiosius, nihil in admonendo dulcius, nihil au-  
dius in percipiendis quæ ad bene viuendum pertinēt, nihil  
acutius consilio, nihil vitæ sanctitate admirabilius, quæ cū  
ita sint dubitabimus, planeq; ambigemus omnes, an sit, velli-  
beros nostras erudiat in urbem recipiendus?

Aliud.

Si patres conscripti hunc virum, qui iuuentutem vestram  
instituat, in urbem induxeritis, putate deū in mortalem ob  
id vobis fore propitium. Putate ipsos iuuenum patres, am-  
plissimam nobis gratiam relatores, putate pariter idem fa-  
cturos esse iuuenes pro dato moderatore, putate denique fir-  
turum propediem, vt vrbes finitimæ studia hinc petant.

Conuersio

Conuersio repetitioni opposita, est cum ad postremū verbū  
continenter reditur.

Exemplum Ciceronis.

Penos Popu. Ro. iusticia vicit, armis vicit, liberalitate vicit

Exemplum Barlandi.

Apud Lotanienses Theologi aliorū ordinū homines pru-  
dentia superant, pietate superant, continentia superant.

Aliud.

Cicero vir grauissimus erat, iurisprudētissimus erat, indu-  
strius erat, eloquētissimus erat, ergo in senatu princeps erat

Aliud.

Me vt tibi ignoscā rogās, vt peccē rogās, vt discipuloꝝ  
oim mihi consem inuidiā rogās, vt scholasticæ leges, quæ  
modestiam docent, tuæ petulantia indulgeant rogās

Complexio est cū ad idem verbū primū sapius, & toties  
ad idem postremū recurrimus

Exemplum Ciceronis.

Quē senatus dānarit, quē populus Romanus dānarit, quē  
oim existimatio dānarit, eū vos sententijs vestris absoluetis.

## RHETORICE ISAGOGE

Exempla Barlandi  
**Q**ui sunt qui sua immanitate atq; audacia vestrae provinciæ incredibilia intulerunt incōmoda. **N.** Qui sunt qui ab hincbienniū late vastatis agris, expilatis villis, oppidū hinc nō incelebre diripuerunt. **N.** Quis sunt, q tot honestissimos ciues oppresserunt. **Q**uid exhorruistis iudices, non modo oppresserunt, sed crudelissime vexauerunt. **N.** Qui sunt qui rei frumētarię inopia p̄lli, ad leuādū malū a nobis nūc frumētū petūt. **N.** Cōsiderate igitur quid his dari cōueniat.

Alterum

**Q**uod antiquitas approbauit, quod eloquentiæ parens Cicerone approbauit, hoc tu quasi cornicum oculos configens damnare ac rescindere conaberis.

Traductio est cū idem verbū crebrius positū non modo nō offēdit auditorem, sed orationē etiā concinniorē reddit

Exemplum Ciceronis

**Q**ui nihil habet in vita iucūdius vitā, is cū virtute vitā nō potest colere.

Exempla Barlandi

**V**oluptates sine Sardanapalorū esse, tu vero literarū studiū præfer voluptatibus. Nā si voluptates volēs ad literarū studiū cōparare, ne digne quidē videbuntur voluptates, v̄ literarū ancillulæ sint.

Aliud.

**C**ur tanto studio diuitias curas, quæ multas tibi dabunt curas.

Aliud.

**V**eniā si meus dederit præceptor cras ad te veniā. Hæc exoratio cum præferat curæ plusculum rariū, est adhibenda.

Contentio est, cum ex verbis pugnantibus oratio componitur.

Exemplum Ciceronis.

**I**nimicis te placabilem, amicis inexorabilem præbes.

Exemplum Barlandi.

**H**abet blanda voluptas multum suauitatis principio, eadē in exitu plus amaritudinis adfert.

Aliud

**S**ocijs hilarem te, parentibus tristem præbes.

Aliud.

**V**igilare cū opus est dormis, cum dormire cōuenit vigilare.

Aliud.

# HADRIANI BARLANDI

Diuitiæ malorū plurimū adportāt, bonorū plurimū adimūt

Explanatio est, quæ cōficit significatiōē alicuius doloris.

Exemplū Ciceronis ex. v. in Catel. inuectiua.

O Camilli O Eabij, vos utinā essetis: audire velletis illū, qui  
expirātis filij p̄ces audire noluit: qui filios in parētes, seruos  
in dominos, in rempublicam Italiæ latrones armauit.

Exemplum Barlandi

O sordissima barbaries, quæ breui tua sorditudine hanc vr-  
bem infecisti, hanc dico urbē reddidisti puditissimam, quæ  
olim studijs literarum ne Romæ quidem ipsi, vel primo lo-  
co cessisset.

Aliud.

O facinus animaduertēdum, o corruptissimos, huius hois  
mores, o singularem impudentiam.

Interrogatio est, quū aliquid vehementer arrogamus si-  
mulq; inuehimur.

Exemplum Ciceronis ex. i. in Cati. inuectiua

Quousq; tādē abutere Carilina patiētia nostra? Quā diu  
etiā furor iste tuus nos eludet? quē ad finē sese effrenata ia-  
ctabit audacia?

Exempla Barlandi.

Quousq; tu de republica strangulanda, tollendaq; cogita-  
bis? quousq; patriā minitaberis, cuius extant in te summa  
& commemoranda beneficia? hæc displicere bonis omni-  
bus, propter hæc te inuisissimum esse ciuibus tuis nō vides

Alterum.

Quousq; tandem tu pudicis insi diabere? quousq; noctura  
gis gaudebis scortis, spurcoq; cubili? omni populo in ore te  
esse non sentis?

Contrarium

Contrarium est quod ex rebus dittersis duabus, alteram  
breuiter confirmat.

Exemplum Ciceronis

Qui suis rationibus inimic⁹ fuerit semper, eum quomodo  
alienis rebus amicum fore spes?

Exempla Barlandi

Nam qui semper latinitati barbariem prætulerit, eum qua  
modo Latine scribere, posse putes?

# RHETORICE ISAGOGE

## Alterum

Qui pauper & in minoribus contēpserit omnes, est in opū  
affluentia, & summis honoribus amicum quis speret?

Membrum est res breuiter absoluta, quæ de uo alio mē  
bro orationis excipitur.

Exemplum Ciceronis.

Et inimico proderas, & amicum lædebas.

Exemplum Barlandi.

Nec tibi studuisti, nec alios docuisti, nec errātes corripuisti.

Articulus est, cū singula verba interuallis distinguntur. Cō  
modissima & absolutissima fuerit hæc exornatio, si q̄si gra  
dibus quibusdam exurgens oratio in longum producat.

Exemplum Ciceronis.

Acrimonia, voce, cultu, aduersarios perterruisti. Idem de p  
fligato iam & eiecto Catilina. Abijt, excessit, euasit, erupit.

Exempla Barlandi.

Vir æquitate, iusticia, moderatione, demētia, religione, cō  
summatissimus.

Aliud

Vir bonus, grauis, industrius, prudēs, eloquens.

Aliud

Verno tēpore uideas aues ramis & frondibus arborum in  
uolitare, lasciuire, colludere, cantillare.

Compar est quod habet in se mēbra oratiōis, de quibus  
ante dictum, quæ constat ex pari fere numero syllabarum.

Exemplum Ciceronis.

In prelio Pater mortē oppetebat, domi filius nuptias cōpa  
rabat.

Exemplum Barlandi.

Pater domi ægrotus incubabat, filius foris gulę indulgebāt.

Alterum

Illi eloquētia peperit gloriā, huic medicina dedit diuitias.

Similiter cadens est, q̄n duo aut plura sunt verba quæ si  
militer iisdem casibus efferuntur.

Exemplū Ciceronis

Hominē laudas egentem virtutis, abundantem felicitatis,

Exempla Barlandi.

Hominē laudas amātem pietatis, abundantem probitatis.

Huius in patinis animus est, a literis est mens remota.

Similiter desinens est, quum tamen casus non insunt in  
verbis, tamen similes exitus sunt.

# HADRIANI BARLANDI

Exemplum Ciceronis

Turpiter audes facere, nequiter studes dicere.

Exempla Barlandi.

Eleganter nouit scribere, grauius nouit dicere

Aliud.

Vixit gloriose, docebat studiose.

Aliud.

Auariter ingurgitat, largiter donat

Subiectio est cum quaesito quid ab aduersario dici possit subiicimus id, quod oportet dici.

Exemplum Ciceronis.

Quero igitur, unde iste tam pecuniosus sit factus, non amplius patrimonium relictum est: at patris bona venierunt, hereditatis aliqua obuenit: non potest dici, sed etiam a necessarijs omnibus exheredatus est, praemium aliquod ex iudicio aut lite capit: non modo id non fecit, sed etiam insuper ipse gradus sponsoe vincit. Ergo si his rationibus locupletatus non est, sicut omnes videtis, aut isti domi nascitur aurum, aut vnde non est licitum pecunias capit

Exemplum Barlandi.

Quid habes cur tam superbas, omnesque praeter te contendas. Theologiae scientiam: atque vix primoribus labris hoc studium gustasti bonasque: at nunquam poetas aut oratores legisti. Ingenium & variarum rerum memoriam: sed istud habes pistillo retulimus, Curi omnesque obliuiosior es. Diuitias: at Penia paupior es. Formam & vultus cadorem: aut pice nigrior es, restatque tamen cornua, ut sis diabolus. Quid igitur ista tua superbia est, nisi mea insaniam? Gradatio est cum non prius ad consequens verbum descenditur, quam ad superius consensus est.

Exemplum Ciceronis.

Aphricano virtutem industria, virtus gloriam, gloria aemulos comparauit.

Exempla Barlandi.

Naximiliano patre genitus Philippus, ex Philippo est ortus Carolus, Carolo speramus nascetur pulchra Hispanus origine gnatus, Imperium Oceano, famam qui terminet astris.

Aliud.

Politiano doctrinam labor, improbus, doctrina fecundiam fa-

## R H E T O R I C E I S A G O G E

cūdia æmulum Scalam peperit.

Aliud.

Quid reliquū spei est in p̄ceptorū diligentia, si discipuli qđ turpissimū est facere possunt, qđ p̄nt audēt, & qđ audēt patrare magistros non cōmouet.

Aliud.

Cū odio patrię q̄ maxio arderet ingentē hoīm pditissimorū gregē coegit, coactū qđ fieri uellet edocuit, edoctū admirabili & noua quad ā cupiditate diripiēde patrię inflāmauit. ī flāmatū deniq; ppulit, vt in oīm nīm bona vitāq; cōsuraret

Trāsitio est, q̄ cū ostēdit breuiter qđ dictū sit, p̄ponit itē breuiter uod consequatur.

Exemplū Ciceronis.

Modo in patriam cuiusmodi fuerit habetis, nūc in parētes qualis extiterit accipite.

Exemplum Barlandi.

Qualis Philippi regis in galliam profectio fuerit habetis; nunc qua ueneratione exceptus, quo affectu, qua magnificentia tractatus, qua fide a Christianissimo Galliarū rege dimissus sit, audite.

Aliud.

Nūc in deū q̄ plura religione, in patrē q̄ singulari extiterit pietate audistis; modo qua fuerit fide, continētia, moderatōne, comitate, clementia, cognoscite.

Aliud.

Hactenus q̄ p̄stiterit eloquētia Politian⁹ disseruimus, post hoc si aures erexeritis q̄tum in recipiēdis e barbarie media cū grecis tñ latinis literis operæ posuerit dicemus.

Aliud

Audistis iudices cōsiliū crudelissimi hominis Catilinę, nūc audiendum, quibus iratum incendijs flagrauerit ad diripiendam inflammandamq; totius orbis nobilissimam urbem

Correctio est, q̄ pro eo qđ dictū ē magis idoneū reponit

Exemplū Ciceronis, ex. i. in Catilinā inuectiua

Nos autē castroꝝ ioperatorē ducēq; hostiū intra menia, atq; adeo in senatu uidem⁹ intestinā aliquā cotidie perniciē rei publicæ molientem.

Exempla Barlandi.

O multoꝝ dea uoluptas, quæ quos nacta semel implicueris, illico corrupis, atq; adeo exoculas, ne coelum intueatur, ad cuius spectaculum omnes nos excitauit, artificiosissim⁹ ille Apelles uerus deus,

Aliud

Ille me doct̄ ssimus doct̄ssimo carmine laudādo, dedit t̄m q̄tū maximū potuit, daturus amplius si potuisset, t̄cti qđ

## HADRIANI BARLANDI

hoi potest dari maius q̄ nois immortalitas Aliud  
Absolutā hic a se magna diligētia historiā nobis tradidit, I  
mo obtrusit emēdandā. Aliud Cum heri inter cenādū  
ego & Cornelius Valens municeps tuus de nostri sæculi do  
ctis viris loqueremur, tu primus nobis, imo vero solus oc  
curristi, quē ob singularē doctrinā & admirabilē eloquen  
tiā videremur audacter etiā posse multis veterē p̄ferre.

Occupatio est cū dicim⁹ nos præterire aut non scire aut  
nolle dicere id quod tunc maxime dicimus

Exemplū Cicero. ex. i. in Catil. inuect.

Quod vero nup̄ cū morte superioris vxoris nouis nuptiis  
domū vacue fecisses, nonne etiā alio incredibili scelere hoc  
scelus cumulaſti? quod ego prætermitto, & facile patior ne  
in hac ciuitate tāti facinoris immanitas aut extitisse, aut nō  
vindicata esse videatur, prætermitto etiā fortunæ tuarū  
ruinas, quas omnes impēdere tibi proximis diebus senties

Exemplum Barlandi.

Nā de adolescētia quidē tua quā negtia rapinis, cędibus stu  
pris, incestu, adulterijs, dedecorasti, dicerē, si oia narrādi mi  
hi locus esset, nūc prudens prætereo, & illud reliquo q̄ ve  
nifici, latrones, sicarij, parricide, nepotes, corruptores iuue  
tutis, tibi familiarissimi fuerūt. Taceo q̄ sitiētissim⁹ cruoris  
humani, ingentē desperatorū colluuiē principū ciuitatis in  
terficiendorū causa paraſti, ac iā oino etiā, q̄ toties consulē  
ipsum (in quo omnis vrbis salus erat sita) confodere volu  
isti. Item non dico te pulcherrimæ vrbis, pulcherrima tem  
pla, deorū immortalīū delubra, tecta omnia incēdere, delere  
imperium, populī Romani nomen extinguere cupuisse.

Disiunctio est quū vnūquodq; mēbrū orōnis diuerso con  
cluditur verbo. Exemplū Ciceronis in Catilinam

Ad hāc te amētīā natura peperit, volūtas exercuit, fortuna  
seruauit. Eiusdē. Formæ dignitas aut morbo deflorescit  
aut vetustate extinguitur Exemplū Barlandi

In homine memoria, aut immodica gula extinguitur, aut  
ætate minuitur.

Aliud.

Cicero vi dicēdi & ceu fulgure ac tonitru quodā eloqn

# RHETORICE ISAGOGÉ

tię Catilinā, p̄ligauit. Innūerabilē sicarioꝝ copīā, qua ille dies & noctes stipat⁹ibat, eiecit. Ciues, qui studio flagrabāt pulcherrimę vrbis euertendę fugauit. Aliud.

Nihil Aristoteli phisicę argutię profuerūt Nihil, M. Tullio admirabilis, qua pollebat dicēdi facultas auxilio fuit. Nihil Homero varię cognitio disciplinę opitulata est. moriētes em̄ Christū (in quo omnis hoim salus) nesciuerūt Quis p̄ q̄ deorsū quesiuēūt, quod in sublimi querere debebāt.

Coniūctio est cum interpositione verbī vti aq̄ oratiōis pars comprehenditur.

Exemplum Ciceronis,  
Formę dignitatis, aut morte deflorescit, aut vetultate.

Exempla Barlandi.

In homine memoria, aut gula minuitur, aut ætate

Aliud.

Edendi libido in homine, aut morbo abit, aut vergentibus in senium annis.

Adiūctio cum verbum, aut primū, aut postremū collocatur.

Exemplum Ciceronis.

Deflorescit formę dignitās, aut morbo aut vetultate, vel sic  
Aut morbo aut vetultate, formę dignitas deflorescit

Exemplum Barlandi.

Minuitur in homine memoria aut gula, aut ætate. Postremo sic, Aut gula aut ætate memoria minuitur.

Conduplicatio est vnus aut plurium verborum incētia amplificationis aut commiserationis causa.

Exemplum Ciceronis

Commotus nō es, cū tibi mater pedes amplexaretur, cōmotus non es? Exemplum Barlandi

Nunc etiam audes in senatum venire caput coniurationis? caput inquam coniurationis venire audes in senatum?

Aliud.

Miseratus nō es, cum paruus tibi filius supplex tēderet manus, non es miseratus.

Aliud

Cōmotus non es, cum ex altissima turri, velut e specula, cōsigrantem vrbem totius orbis nobilissimam prospectares, non es commotus.



## HADRIANI BARLANDI

Interpretatio est, quæ cōmutat id quod positiū est alio verbo quod idē significet. Exemplum Ciceronis

Rempubli. radicatus eueristi, ciuitatem funditus deiecisti.

*Exempla Barlandi,*

Consulem qui in lecto interficerent delegisti. Seruatoreū ciuitatis qui confoderent repperisti. Aliud

Matrem occidi iussisti, parentem e medio tolli uoluisti

Permissio est, cū ostēdimus in dicēdo nos aliquā rē totā cōcedere alicuius uoluntati. Exemplū Ciceronis

Quā oibus rebus surreptis solū mihi sup̄est animus & corpus, hæc ipsa de multis quæ mihi sola relicta sunt, uobis & uestro cōdono potestati, uos me q̄ pacto uobis uidetur ut a mini atq; ab utamini licebit, ipse in me quidlibet statuere dicite, atq; obtemperabo. Exemplū Barlandi

Quoniā omnia quæ mihi uel parentū nomine obuenerant uel affiniū morte accreuerāt, uel ex uxoris dote accesserant uel meo labore collegeram, fortuna eripuit, præter animam & hoc corpusculū, hæc ipsa quæ de amplissimis opibus nobis sup̄sunt, ad ipsū usq; sepulcrū tuæ dedo uoluntati, atq; dact̄er quiduis impera atq; obtemperabo.

Dubitatio est cū quæritur, utrū de duobus, aut quid de pluribus potissimū dicendū sit. Exemplū Ciceronis.

Tu istud ausus es dicere homo omniū mortalium; nā quo te digno moribus tuis appellem nomine?

Aliud eiusdem ex oratione pro Ligario.

Quæ fuit igitur unq̄ in illo homine tanta constantia, constantia dico; nescio an melius patientiam possim dicere,

*Exemplum Barlandi.*

Obfuit illi in re agenda, siue temporis iniquitatem, siue hominum inuidiam dicere oportet, siue utrunq;.

Dissolutio est, qn̄ sublati coniuñctionibus partes separatas efferimus, differt ab articulo qui est in uerbis per interualla distinctus. Exemplum Ciceronis.

Gere morem parenti, pare cognatis, obsequere amicis

*Exempla Barlandi*

Amplectere uirtutem, fuge uitia, noli os ledere cuiq; noli

## RHETORICE ISAGOGÆ

metiri, stude verum dicere. Aliud  
 Obtēpera legibus, reuerere maiores, ama literas, exerce tē  
 Præcisio est cū dictis quibusdā, reliquū quod (studijs  
 coeptum est dici relinquitur inchoatum.

Exemplum Ciceronis:

Tu istud nūc audes dicere, qui nup̄ alienæ domi, nō audeo  
 dicere, ne cū te digna dixerō, me indignū quippiam dixisse  
 videar.

Exemplum Barlandi.

Tu ne in ciuitate clarissima muliebri habitu in loco sacro,  
 non dicam quod est, ne tot honestissimorum ciuium aures  
 iam fœdæ rei commemoratione lædantur.

Conclusio est, quæ breui argumentatione ex his quæ di-  
 cta sunt aut facta conficit, quod necessario consequitur.

Exemplum Ciceronis.

Quod si Danais datū erat oraculū, nō posse capi Troiā sine  
 Philoctete sagittis, eæ autē nihil aliud fecerūt, nisi Alexan-  
 drum perculerūt, hūc extiguere, id nimirū fuit capi Troiā.

Exemplum Barlandi

Si græcis a Chaleante datū erat oraculū, immolandam esse  
 Dianæ Auliensī Iphigeniā Agamennonis filiā vt feliciter  
 ad euertendam Troiā nauigarent, hanc ad aram ducere,  
 hanc immolare id nimirum fuit ire atq; euertere Troiā.

Circuitio est, quæ rē simplicem assumptam circūscribit  
 eloquutione.

Exemplum Ciceronis.

Scipionis providentia, Chartaginīs opes. Nam hic citra or-  
 natum dici potuit simpliciter Scipio & Carthago.

Exempla Barlandi.

Fabiū prudētia Carthaginē. Hannibalis conatus repressit  
 Alterum

Ciceronis vehemēs dicēdi copia Catilinæ temeritatē fregit

Superlatio est oratio superās veritatē alicui⁹, augēdi mi-  
 nuendi v̄e causa

Exemplum Ciceronis

Corpore niueū candorem, aspectu igneū ardorem asseque  
 batur

Exempla Barlandi

Miror tibi esse cōsuetudinē ac familiaritatē cum eo ho-  
 mine, qui est quauis peste pestilentior.

Aliud

# HADRIANI BARLANDI

Quid est quod tui isti lyncet oculi non possint inspicere

Aliud

Quis ita est a studijs oibus auersus, quē tua ista, melle, atq;  
oi nectare dulcior oratio tenere atq; oblectare nō possit.

Trāslatio est qñ vox a ppria significatiōe trāsfertur ad  
nō ppriam. Exem. Cice. ex. ij. in Ca. inuectiua.

Contra illam naufragorum eiectam, & debilitatem manū  
florem totius Italiæ ac robur educite

alterę in eadē inuect. de vrbe Ro. loquētis

Quæ quidem mihi letari videtur, q̄ tātam pestem euome  
rit, foralq; proiecerit. Exempla Barlandi.

Latinae linguæ puritas, quam Gothorum in Italiam aduēt<sup>o</sup>  
extinxerat, primū Laurentij Vallensis, deinde Politiani di  
ligentia & in emaculādis bonis autoribus studio exilię qua  
siq; reuixit. Aliud

Nihil miror eum virum rarius scribere qui negotiorū flucti  
bus & vndis obruitur. Aliud

Præceptoris est officiū boni, vt quæ sunt in scholis resecan  
da vitia non patiat̄ ad perniciem iuuentutis manare

Aliud

Num te habes, quod illi perpetuo ad aurem obgannias

Aliud

Homo ille, nisi pecuniam sitit, ipsa siti siticulosior

Aliud

Nisi in cursu & florida adhuc ætate cecidisset Politianus;  
bone deus, quas haberet nostra ætas romani sermōis lauti  
tias, quos autores, qui nunq̄ fortassis emergent Finis,

Antuerpiæ per Guiliehmum Vorstermannum

excudum, Anno, M, D, XXI, Die vero

Octobris, XXII,

616187908

HABER LA M BASTARD

Handwritten text at the top of the page, partially obscured and mirrored.



Handwritten text at the bottom of the page, partially obscured and mirrored.